Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1210
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



domine deridebis eos: et ad nihilum deduces omnes gentes. Fortitudinem meam ad te custodiam: quia deus susceptor meus es: deus meus misericordia mea. Deus meus occurrit mihi super inimicos meos: ne occidas eos: ne quando obliuiscantur populi mei. Dispge illos in virtute tua: et depone eos protector meus domine. Delictum oris eorum sermonum labiorum ipsorum: et apprehendantur in superbia sua. Et de execratione et mendacio annunciabunt in consumatione: in ira consumationis et non erunt. Et scient quia deus dominabitur iacob: et finium terre. Convertentur ad uesperam et fame patientur ut canes: et circuibunt ciuitatem. Ipsi dispergentur ad manducandum: si uero non fuerint saturati murmurabunt. Ego autem cantabo fortitudinem tuam: et exaltabo mane miam tuam. Quia factus es susceptor meus et refugium meum: in die tribulationis mee. Adiutor meus tibi psallam: quia deus susceptor meus es deus meus misericordia mea. Ant. Iuste iudicate filii ho

Deus repulisti nos et destruxisti nos: iratus es et misereberis nobis. Commouisti terram et conturbasti eam: sana contriciones eius quia emota est. Ostendisti populo tuo dura: potasti nos uino compunctionis. Dedisti timentibus te significationem: ut fugiant a facie arcus. Ut liberentur dilecti tui: salum fac dextera tua et exaudi me. Deus locutus est in sancto suo: letabor et diuidam sichimam: et uallem tabernaculorum metibor. Meus est galaad et meus est manasses: et effraim susceptio capitis mei. Iuda rex meus: moab olla spei mee. In idumeam extendam calciamentum meum: mihi alienigene subditi sunt. Quis deducet me